

Andreas Daniel Habichhorst Carl Czerlinski

**Disquisitionum Exegetico-Theologicarum super Illustriora Prophetarum Loca,  
Praellectiones Publicas Sub Incudem Revocantium Quarta De Talpis Ac  
Vespertilionibus, An a Judaeis Sint Adorati? Ut Et Homine Illo Cui Spiraculum In  
Naribus &c. ...**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1687

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733817262>

Druck Freier  Zugang



RU theol. 1687

Habichhorst, Andr. Dan. *fa*



DISQUISITIONUM EXEGETICO - THEOLOGICARUM

super

ILLUSTRIORA PROPHE TARUM LOCA,  
PRÆLECTIONES PUBLICAS  
SUB INCUDEM REVOCANTIUM

QVARTA

DB

TALPIS

AC

VESPERTILIONIBUS,  
AN à JUDÆIS SINT ADORATI?

UT ET

HOMINE ILLO  
CUI SPIRACULUM IN NARIBUS &c.

Utrum sit *ἰσλάνθρωπος*, an *ν. θεάνθρωπος*?

Ex *ISAÏ. II.*, v. *anteq. & ult.*

*Qvam.*

Auspice DEO - Homine,

Pl. Reverenda Fcitate THEOL. consentiente,

PRÆSIDE

ANDREA DANIELE  
HABICHHORSTIO,

S. TH. D. EJUSDEMq; PROF. PUBL. ORD. & CONSIST.  
DUC. MEKELB. ASSESSORE DESIGNATO,

In Celeberr. Universf. Rostoch. Aud. Majori,

Ad d IX. Mart. hor. mat 1687.

publicæ collationi Academicæ sistit

CAROLUS CZIRLINSKI, Dantisc.

Rostochi, Typis JOH. WERPLINGII, Univ. Typogr.



1687

DISPOSITIONUM EXECUTIVARUM THEOLOGICARUM

ILLUSTRIORA PROPRIETARIA LOCALIA  
PRAEFLECTIONES PUBLICAS  
SUB FACIEM REVOCANTUM

TALPI

VE SPERTITIONIBUS  
AN JUDAS SINT ADORATE

HOMINE ILLO  
CUI SPERACULUM IN NARIBUS &

Universitäts-  
Bibliothek  
Rostock

ANDREA DANIELLE  
HABICHHORSTIO

2. TH. DE JUDAEIS PROPTER TUBI, QUID & CONSIST  
DUC MENTIS ASSERERE DESERVATO  
C. CAROLUS CARLINI, R. J. JUDICIS

Eximio planè præstantissimoque  
DN. CZIRLINSKIO,  
Suo in Theol. & Philol. Auditori & Amico svavissimo,  
Ex JSAL- II. v. 20. & 22. publicè Responsuro

FELICITER !

**C**ur Tibi publicitus tractatur, *CAROLE*, Talpa  
Et Vespertilio? cur Homo, qui Deus est?  
Scilicet obscurè cum *talpis* vivere non vis;  
Ast *HOMINIS CHRISTI* Lux (a) Tibi grata Dei.  
Hinc IN (b) honoratis *CLARUS* conamine (c) *CIRCLIS*  
*STAS*, solvens, animo promptus & ort, strophas.  
Gratulor hos animos! Ad *Talpas* (d) projicè, quicquid  
Te cupit abs *HOMINIS*-ducere (a) lucè Dèi,  
Inde *Theanthropi* Te lumina clara beabunt,  
Et Patris ac Patriæ Te recreabit amor.  
Nec deerit Studiis titulusq; decusq; probândis,  
*STABIS* (b) at IN *CIRCLIS CLARUS* honore gradus.

(a) Conf. præcèd. locum *Jsai. II. 5.* (b) *Carolus Czirlinski*, per *Anag. dupl. Z. resol. in simpl. TS.* Sto *clarus* in *circulis*, (c) per *Synopen* pro *circulis*, qua & *Virgil. l. 3. Georg. v. 166.* usus est. *Circulus v. uti aliàs Societatem circumve hominum in orbem collectorum*, ita & hic *Collegium* notat *Academicum*, ubi *Dn. Respondens* cingitur à cætu *Virorum Juvenumq; doctorum* in orbem *qv. collectorum*. (d) *Sicut idola sua Judæi ad talpas projiciebant*, juxta *Disputationis locum priorem.*

L M<sub>g</sub>

A. D. HABICHHORST, D.

**W**ill er denselben Orth zum ersten mahl besteigen/  
Mein Freund/ an welchem er den Fleiß erweisen kan?  
Wolan! so muß ich auch die Freundschafts-Pflicht bezeugen/  
Und die wird hier durch nichts/ als Wünschen/ guht gethan.  
Der Höchste helffe doch das gute Werck vollführen/  
Und sende aus der Höh/ des wehrten Geistes Krafft/  
Daher noch ferner woll fortsetze sein Studieren/  
Durch unberdrohne Müß/ die großen Nutzen schafft.  
Der Himmel segne Ihn/ Er gebe frische Glieder/  
Und steure allem/ was den munteren Leib verlegt!

Wenn

Wenn sich Gefahr ereugt / die Stärke Gott darnieder.  
Diß hab aus Lieb und Gunst wohlmeinend aufgesetzt  
JOHANNES KRÜCK / Eccl. D. Jacob.

**N**un kompt die frohe Zeit daß Bäume Blüthen kriegen/  
Weil albereit das Blat aus seiner Knospe schlägt/  
Und kan gar leicht geschehn/ wo Frost und Reiff nicht trügen/  
Daß ein solch blühend Baum gewünschte Früchte trägt.  
Mein Freund/darff ich Verstand und diese Blüth vergleichen/  
So siehst man ebenfalls Ihn recht im Flore stehn:  
Es lasse unser Gott die Blüth zur Frucht gereichen/  
Und dämpffe Noth und Angst durch tausend wollergehn/  
So wird die Kirche einst noch, von der Frucht gemessen/  
Und Er kriegt vor den Fleiß den besten Ehren-Lohn.  
Wohlan! der Himmel wird diß alles gutt beschließen  
Hiermit wünsch ich Glück zur Disputation.

JOH. SIGFR. NESSENIUS, ZittavióLufatus.

**S**unt hominum multi, qui vitam vivere talpæ  
Ac tenebris densis sic latitare solent.  
Tu tamen hos fugiens, in lucem prodis, *Amice,*  
*Preside dum celebri pulpita nostra petis,*  
Gratulor ex animo, cedant conamina voto:  
Sic tibi *Dantiscum* præmia larga dabit.

*Paucula hæc in honorem Præstantissimi Dn. Czirlinsky,*  
*Amici & Sympatriotæ mei honoratissimi addere volui*

MATTHEU' MÜLLER, *Dantisc.*

**V**ivimus hic ambo germano pectore noti,  
Hinc tecto & mensâ pars per amica mea es.  
Jam Roëam scandis Cathedram, *Prædulcis Amice,*  
Atque doces studiis pondus inesse tuis.  
Gratulor hos ausus; pergas pervolvere libros  
Theulogicos, fructus Theuologia dabit.

*Conatibus Theulogicis ferventer applaudens subjunxit*

GODOFR. STRAHLEBORN / *Gedan.*



## Locus VIII. JSAI. II. v. 20.

*Talpa & Vespertilioes non sunt objectum adorationis Judæorum, Disp. IV.  
sed terminus ad quem projectionis Idolorum.*

§. 1.

**V**ulgata loci hujus versio (in die illo projiciet homo idola argenti sui & simulacra auræ sui, quæ fecerat sibi, ut adoraret talpas & vespertilioes) verbum להשתחוה ad adorandum vel ut adoraret, referens ad Talpas & vespertilioes, adeoque hæc animacula objectum adorationis Judæorum constituens, nonnullis certè interpretibus, fontem vel omnino non consulentibus vel non rectè inspicientibus, aniam quærendi præbuit, quomodo talpa & vespertilioes à Jhudeis sint adorati, cum censente Walthero in Harm. ad h.l. & Bocharto de Animalibus S. S. nusquam legatur, animacula isthæc à Jhudæis, imò ne quidem ab Ægyptis, ceteroqui superstitionissimis, fuisse adorata vel pro Diis habitata? Nos pro sensu loci indagando & liticula hæc dirimenda 1. ipsum Quæstionis subjectum s. talpas & vespertilioes paucis visuri, 2. sententias variantes de horum adoratione erumeraturi 3. genuinam loci interpretationem ex fonte aliisque interpretandi mediis confirmaturi sumus.

§. 2. Quod (I) subjectum quæstionis attinet (I) Talpe hic vocantur הפור פרת, quæ vox divisim quidem scribitur & duobus simul accentibus signatur: unde & quidam pro duabus planè vocibus accipiunt, illasque unà cum litera servili ה, quam h. l. præfixam habet, reddunt: in fossuram (cavernam, foramina,) talparum, atque ita ה in seqv. voce לעשרפים h. e. vespertilionum, esset Genitivi nota, quorsum & Lutherus collimare videtur reddens: in die Löcher der Maulwürffe und der Fledermause. Ceterum non est novum, quod compositæ hujusmodi voces, ex duabus completis constantes, divisim scribantur, conf. salim Jer. 46. 20. ubi יפה פירה i. e. formosissima &c. similiter nomina propria e. c. מלכיצדק Malkizedek. Neq; novum est unam vocem partim emphaticos, partim naturalis consecutionis ratione duobus gaude-

E

re



reaccentibus. Tipcha certe quinq; in locis in eadem voce con-  
 currit cum Silluk & decies cum Atnach; loca vide citata ap-  
 D. Wasm. in *Instit. Acc.* Tab. 1. Nota a. conf. & ibid. R. 14. m. 1.  
 & 2. Igitur propter divisam scriptionem & duplicem accentum  
 vox composita per duas non est reddenda. Quid? quod Ra-  
 dix פּוּרָה quidem significat *fodit*, à qua tam פּוּרָה prior, quàm  
 פּוּרָה posterior nominis hujus pars est; verùm דָּ פּוּרָה pro *talpis*  
 nullibi adhibetur, teste Buxtorff. in *Vindic. Verit. Ebr. contr. &*  
*Capell.* 2. 12. 842. Alii ergo reddunt vel per: *fodientibus* (ad fodi-  
 endum) *foveas*, eademqve phrasi *talpas* intelligunt; vel per: *fos-*  
*forem fructuum*, quasi פּוּרָה vel *foveas* notaret, vel esset à Rad. פּוּרָה  
*fructificavit*, notaretqve avem sic dictam, quod arborum *fructus*  
*perforet*. At vero eadem illis, quæ præcedentis sententiæ pa-  
 tronis, rationes obstant; ubi enim quælo פּוּרָה vel *foveas* vel  
*fructus* significat? Rectius ergo cum Hieronymo & aliis pro  
 una voce composita habemus. Et notanter quidem *talpas* à  
 פּוּרָה *per fodit*, & *radicalibus* quidem *geminatis*, פּוּרָה פּוּרָה appel-  
 lari putamus, ut sc. significatio sit intensior q. d. *plurimum fodi-  
 entes*, talpas enim magnâ omnino curâ totisque viribus & quàm  
 citissimè terram rostro effossam super se cumulare videmus.

S. 3. Deinde *Vespertilio* hic in Ebr. dicuntur עטלפים  
 quam vocem omnes h. l. & Lev. 11. 19. ut & Deut. 14. 18. reddunt  
*Vespertilio*; videtur autem composita ex עטלפין *volavit* & עלה *ve-*  
*lavit*, eo quod in obscuro *volitat* & interdum se *velat* & abscon-  
 dit. Annon v. latinum quoque *talpa* nomen ab hac voce  
 עלה descendat, cum sit animal conspectum fugiens & latibu-  
 la quarens, ut abscondita maneat, committimus. Apprimè v.  
*Talpa* & *Vespertilio* h. l. conjunguntur, cum (1) sint animalia  
 in multis similia; utrumque n. (a) animalculum est abjectum  
 (g) murino quodammodo generi annumerandum (c) omni-  
 no sed parùm videns, proptereaque in obscurioribus de-  
 gens. Unde & (2.) conjunctio illa notanter apteque satis rem  
 ipsam exprimere videtur. *Idola enim prædicuntur ad Talpas*  
 &

& Vesp. projicienda, quippe visu & mente carentia, adeoq; digna, quæ ex loco sublimi & conspicuo in tenebras & abjectissima animalculorum illorum foramina detrudantur. conf. *Bochart. l. c.*

S. 4. A subjecto progredimur ad prædicatum ipsasq; interpretum circa quæstionem (an Talpæ & Vesp. à Jhudæis fuerint adorati) sententias variantes. Quidam enim vel cum *Hieronymo* statuunt, non talpas & Vespertiones propriè dictos hic intelligi, sed idola metaphoricè & per Sarcasum talpas & Vesp. appellari, quum illa æque ac talpæ & Vesp. visu & mente destituantur; vel cum *Basilio*, *Forerio* & aliis arbitrantur, per talpas & Vesp. significari Diabolum, qui princeps est tenebrarum. Verùm à litera & proprietate ejus ad allegoriam vel spiritualem sensus literalis accommodationem non temerè procedendum est: neque idola vel Diabolum cum talpis & vesp. hic comparantur, neq; per Ironiam vel Sarcasmū sic appellantur, sed talpæ & vesp. in sensu proprio adducuntur, uti in seqq. ostendetur. Alii ergo non pauci, modò citantes *Herodotum l. 2. num. 65.* dicentem: *Apud Ægyptios bestia omnes pro sacris habentur; modo Plinium 30. 3. scribentem: peculiare vanitatis fit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maximè mirantur, tot modis à rerum natura damnatas, cecitate perpetua &c. nullis æque credunt extis; nullum religionis capacius judicant animal, ut, si quis cor ejus recens palpitasq; devoraverit, divinationes & rerum efficiendarum eventus promittat &c.* Hos inquam Autores alii Interpretes pro se citantes, vero simile censent, talpas & vesp. à Jhudæis idololatris per Ægyptiorum vestigia ductis, & ceteroq; vermes aliaque vilissima colentibus (ceu videre est ap. *Ezech. 8. 10.*) verè esse adoratos, adeoq; Vulgatam sequentes, locum sic reddunt: *in die illo projiciet homo idola &c. quæ fecerunt sibi ut adorarent imagines talparum & vespertilionum, vel: ut incurvarent se imaginibus talparum &c. ita Pagninus. vel: ut incurvarent se illis (sc. idolis, & deinde per appositionem addunt) talpis & vespertilionibus, q. d. cæcis & lusciosis idolis, qui oculos habent sed non vident, ironi-*

nā lepidā, Ita Junius. Ceterū has similesque sententias non probamus. Quicquid enim sit de talparum ac vesp. cultu ap. Aegyptios quondam recepto, negamus tamen consequentiam, negamus quoque Jhudæos h. l. horrendi illius talparum & vesp. cultus insimulari, id quod patebit curatius fontem consulituris. Hic enim non obscure arguit, Vulgatam malè voces ultimas (talpas sc. & vespertiliones) cū proximo verbo *adorandi* construxisse, cum illas cum remotiori verbo *projiciet* construere debuisset.

§. 5. Ita v. locus hic sensu genuino & clarè satis ex fonte fluit: *In die illo projiciet (abjiciet) homo (quisq;) idola auri sui* (h. e. aurea, per Ebraismum) *quæ fecerant sibi, ut adorarent, ad talpas & vespertiliones.* Probamus a. hanc interpretationem (1.) Ex *Accentuatione loci*; nam *Accentus majoris distinctionis* in voce *להשתחוות* ad adorandum (qui est Rex *Sakepbkaton*) distinguit verbum illud *adorandi* à seq. neque adeo patitur, verbum adorandi cum seqq. *talpis* sc. & *vesp.* construi, sed indicat potiùs seqq. voces *להפוך ולעטרפם* h. e. *ad talpas & vespertiliones*, non cum proximè præcedente *adorandi* verbo, à se in se, sed cum remotiori *projiciendi*, eo quem diximus sensu, esse construendas; voces a. quas Accentus ipse terminat, scil. hæc (*quæ fecerant sibi ad adorandum*) parenthesi includendas. Illam distingvendi tenorem continua praxis accentuatoria luculenter confirmat. *conf. Doct. Wasm. Instit. Accent.* (2.) Eodem quoq; collimat *particula inseparabilis* ל præfixa vocibus *להפוך ולעטרפם* פרור i. e. *ad talpas & vespertiliones.* Nam ל ordinariè & primariò vel significat *ad, in,* cum Accus. & motum ad aliquid denotat (unde illam ex *לא* ad decisam esse quidam volunt) vel Dativum notat. *conf. Glass. Ph. Sacr. l. 4. Tr. 1. Obs. 6.* Accedit (3.) quod *projici ad talpas & vespertiliones*, proverbialiter ap. Ebræos dictum esse videatur, de eo quod abjectum planè despectumque erat. *Conf. Historia Jacobi, Idola sub terra abscondentis, ubi talpæ degunt Gen. 35. 4. Nec (4.) refragatur contextus:* nam in proximè præced. v. 18. *idola prædicuntur penitus mutanda h. e. labefactanda, & v. 19. Jhudæi idola-*

Iolatra præ gloria Majestatis Messia dicuntur abdita petrarū quæ  
 futuri &c. Quæ omnia commodū hunc loci sensum confirmant:  
 Nunc idola quidem aurea & argentea, quæ sibi fecerunt ad  
 adorandum, mordicus retinent inq; loco sublimiori venerantur  
 Idololatræ; sed in die illo, ultionis scil. Messia ab ipsis rejecti,  
 cum idola penitus mutabuntur & omnia præ gloria DOMINI  
 plena erunt, malis obruti & gloria majestatis ejus territi, ipsamq;  
 idolorum impotentiam ad opem ferendam experientes, idola  
 sua, ex indignatione, contemptu & timore, ad talpas & Vespert.  
 abjicient i. e. ad loca, quibus talpæ & vespert. occultantur: quo-  
 modo id Lutherus *ἠδὲ φεαί*. Neq; enim talem *ἠδὲ φεαί*  
 hic improbamus, licet contra illos, qui vertunt in cavernas, (fo-  
 ramina) Talparum & Vespert. supra disputemus; aliud enim est  
*ἠδὲ φεαί* loci, aliud *μετὰ φεαί*. Præter necessitatem v. à nobis  
 & Lutero hic abijt Glassius, qui ceteroq; in distinguendis loci  
 hujus verbis contra Vulgatæ patronos noster est, dum ita hanc  
 projectionem idolorum ad Talpas & vesp. exponit: *conversi re-  
 linquent idola, quæ coluerunt, obstinatè cæcis & infidelibus DELI-  
 gnaris; ipsi v. DEO in caelesti luce servient. vide Glass. Phil. Sacr. l. 5.  
 Tr. i. c. ii. quem sequitur h. l. Prückner. in Vindic. ad h. l. Quid enim  
 opus est à litera recedere vocesq; Talpas & Vesp. metaphoricè de  
 spiritualiter cæcis accipere, cum litera h. l. sensum gignat satis  
 commodum & genuinum, jam pluribus probatum.*

## LOCUS IX. JSAL. II. ult.

*De Homine illo cui spiraculum in naribus &c. non irritando,  
 an sit ἠδὲ φεαί?*

**D**E Homine illo grande bellum Interpretes movent, quod ut  
*ἠδὲ φεαί* componeremus, tria præcipuè tribus omnino  
 punctis ex professo tractaremus, si quidem pagellæ scriptioni  
 huic destinatæ id ferrent, primo scil. *ἠδὲ φεαί* varias diffi-  
 dentium interpretationes præcognoscendo viâ prepararemus;  
 2. *ἠδὲ φεαί* genuinam loci interpretationem instrueremus  
 veramq; de Homine illo sententiam argumentis adstrueremus:

E 3

Tertio

Tertio deniq; ἀνασκευαστικῶ adversarum quoq; interpretationum  
 fulcimenta destrueremus, ut hismet omnibus expeditis genui-  
 nus loci usus tantò clariùs appareret. Tractabimus tamen singu-  
 la paucis breviter, pro instituti spatiiq; ratione. Quod attinet  
 (1.) præcognoscendas *dissidentium sententias*, multi certè per  
 Hominem illum intelligunt *Ἰλαθρωπον*, alii v. ipsum Mes-  
 siam *Ἰανθρωπον*. Quantum v. hoc dissidium? quanta interpreta-  
 tionis distantia? Qui de *vulgari homine* locum exponunt, rursus  
 sciuntur: pars de primo homine intelligit, quod *Rabbini* qui-  
 dam faciunt & *Arias Montanus*; Pars v. de homine quocunqve  
 five *non fiducialiter colendo*, utut sit amabilis opitulator, five *non*  
*timendo*, quamvis terribilis sit bellator, ut *Assyrius*, interpretan-  
 tur. Utrumq; haut dubiè respexit *Targ. Jonathan* ita h. l. ex-  
 ponens: *Prohibete vos, ne serviatis homini opere timoris vel cultus:*  
*quia anima spiritus vite in naso ejus.* Eidem suffragantur *Rabbi-*  
*ni, Raschi, Aben Esra, Kimchi* &c. per quorum vestigia multi ducun-  
 tur Interpretes Christiani, cum *Pontificii* quidam, & præcipuè *Va-*  
*ta blus*, tum *Reformati* ferè omnes præcipuè *Calvinus, Junius*  
 (quanquam hic parum à *Calvino* abit) *Piscator, S. ab Amama, Gro-*  
*zius* & ex nostris *Pruknerus* in *Vindic. ad h. l.* &c. ut sc. hic sit sensus,  
*Notite fiduciam in ullo hominum ponere, aut ab eodem timere; Vita*  
*ejus ab aere pendet, quo intercluso peribit; quanti illi enim ipse fa-*  
*ciendus est?* Pars deniqve de *non offendendo* & *exagitando* vel *homi-*  
*ne* quovis *generatim*, vel *speciatim* *Propheta ipso*, ne sc. dum homo  
 vel *Propheta* offenditur (qui despectus quidem videtur, sed ap.  
 Deum magni æstimatur) simul *judex mundi*, in cujus manibus  
 est *ventilabrum*, exasperetur. Priorem loci sensum, de homi-  
 ne quovis *non offendendo*, possibilem quidem dicit, non tamen  
 suam facit *Oecolampadius*, ut infra dicetur; Posteriores v. qui-  
 dam *Rabbini* exosculantur. Alii contrà de *Ἰανθρωπον* locum  
 hunc intelligunt, rebellionem non amplius irritando, cum horri-  
 biliter irascatur hostibus, & non abjectus sit homo, sed maximi  
 ap. DEUM æstimatus, imò ipse DEUS. Cui sententiæ de Christo  
 patro-

patrociniatur magna cum Patrum veterumque Rabbidorum,  
tum Pontificiorum Corn. à Lapide, Sanctii, Menochii, Tirini &c. &  
nostratum plerorumque turma, à quibus sine causa discedunt  
Calviniani, quibus laudatum jam *Oecolampadium* opponimus,  
nobiscum posteriori huic sententiæ de *Jesus Christus* suffragantem.

§. 2. Militat pro *Jesus Christus* non tantum (1) quod Prophe-  
ta (censente Origene) *singulariter* hic loquitur de homine, quem  
præfixo ׀ Articulari & Emphatico (quod ordinariè certum ali-  
quod subjectum notat) *dein lux* monstrat, ut in dicit de subjecto  
se agere certo, & de eo quidem, de quo in præcedd. agitur, de Mes-  
sia sc. Judice v. 4. & seqq. qui est unus homo in gratia Rom. 5. 15.  
& simul Jhova. Jer. 23. 5. conf. 2. Sam. 7. 19. 1. Chron. 17. 19. Sed & (2) *omnia in*  
*hoc epiphonemate contenta*, præcipuè *duæ rationes* imperativi Prophetici, &  
quidem primò phrasis כַּפְּרוּ נְשַׁמָּה *Spiraculum in naribus ejus*, nostram ju-  
vant sententiam. Illa enim non infert rationem diminutivam, uti adversæ par-  
ti videtur, sed amplificativam: Si quidem vehementiam iræ vel indignatio-  
nis adversus hostes designat, ut idem hic dicatur, quod Ps. 2. 5. 12. *ofculamini Sc.*  
quod prob. (a) quia nunquam in scripturis נְשַׁמָּה sive fuerit נְשַׁמָּה שְׂדֵי h. c.  
*Spiraculum Dei* Job. 32. 8. c. 33. 4. c. 37. 10. Jsaï 30. 33. sive נְשַׁמָּה אֲדָם h. c. *spi-*  
*raculum hominis* Gen. 2. 7. Prov. 20. 27. proponitur ut ratio deprimens s. di-  
minuens, vel ut imbecilitatis signum, conf. in luper Dan. 10. 17, sed potiùs ut  
ratio extollens vel ut signum perfectionis & virtutis. Add. Job. 27. 3. *Quare*  
igitur h. l. foret depressionis argumentum? (b) licet in omni homine detur  
רוּחַ חַיִּים נְשַׁמָּה quod non nisi animam & perfectionem ejus indigitat  
Gen. 2. 7. nullibi tamen de comuni homine dicitur, quod sit הָאָדָם אֲשֶׁר  
נְשַׁמָּה uti h. l. dicitur; sed phrasis illa de Deo ejusq; potentia & ira  
s. justitia vindicatrice usurpatur. conf. 2. Sam. 22. 16. Ps. 18. 16. Job. 4. 9. Jsaï. 30. 33.  
& alia jam citata. Igitur nec h. l. nudus homo notatur, sed talis in cujus naribus  
est ipius Jhovæ Spiritus & justitia vindicatrix. Eodem tendit (3) ratio se-  
cunda כִּי כִמָּה נִחְשָׁב הוּא. Hæc n. locutio pariter infert rationem non  
depressivam, ceu Adversarii volunt; sed superlativam: neque n. illa interro-  
gationem sistit negationi æquipollentem h. s. *in quo reputatus est ille?* h. c.  
nihili æstimatus est, uti quidem alii censent; sed exclamationem cum admi-  
ratione, adeoq; non floccipientis sed admirantis vox esse deprehenditur,  
atque ita rectius reddenda est: *nam in quo æstimatus est ipse?* vel uti Osiander:  
*Quanti n. æstimatus est? q. d. inæstimabilis est ille homo Jesus Christus*  
*Dei Filius, cui nemo in hoc mundi est comparandus.* conf. Ps. 8. præcipuè v. 5.

præ

Præterimus hic versiones, quæ ב in בָּמָה pro radicali, non pro lit. servili habent, quasi scriptum esset בָּמָה, e.c. Vulgatam, quæ habet, *quia excelsus reputatus est ipse*: Licet enim hæc quoque versio subjectū extollat, mendosa tamen est: quia non legitur hic בָּמָה sed בָּמָה, neque בָּמָה adjectivè, sed substantivè *excelsum locum*, speciatim quo sacrificatur, notat. Suffragatur (4.) ipsum verbum בָּמָה cessate cum pron. בָּכֶם *vobis*: de quo B. Varenius Comment. ad Isai. h. l. p. 46. verbum, inquit, בָּמָה cum personaliter constructur interveniente idiotismo pronominali בָּךְ vel בָּכֶם & particula ו vel מן, semper dicit absentiam inferioris à superiori irritando s. ad vindictam provocando, nunquam v. à timendo s. confidendo vel inferiorem læcessendo conf. locum parall. 2. Chron. 35. 21. add. c. 25. 16. Non obstant loca Exod. 14. 12. Job. 7. 17. cum in illis non sit similis vocum positus, nec eadem phrasis. Præterea (5.) *contextus* quoque favet. Nam (a) totum caput II. de Messia temporibus agit, & præcipuum ejus subjectum Messias est, quod præcedd. Dispp. ostendunt. Cur ergo nec ultimus hic capitis versus ad eundem esset referendus, cum cetera versus contenta planè omnia eodem colliment? (b) in prox. præcedd. propheta prædicit futurum esse, ut Messias contra ingratos elatosque; Judæos cum gloria ad judicium sit appariturus v. 17. seqq. id v. ne experiantur, idem eosdem hoc verbu 22. ut à vano Messiam irritandi conatu abstineant, hortatur. Quod si v. ita locus hic, qui capitis conclusio est, non connectatur, commodam certè cohærentiam cum præcedd. non habet. Sed & (c) Interpretatio nostra cum seq. c. 3. v. 1. seqq. bene cohæret: q. d. quia v. nolulistis cessare ab Homine illo irritando, ideo nihil post ejus passionem ap. vos firmum validumque erit, sed Homo ille Deus auferret &c.

§. 3. Non licet ampliùs; ostenderemus aliàs adversarum quoque sententiarum inconvenientiam. Videatur v. B. Varenius Comm. ad Isai. h. l. p. 49. in fine, qui certè quemadmodum præced. loci ne quidem meminit, ita contra de præsentè fufius ibid. differit, hoc nomine à B. Calovio in Bibl. illustr. p. 19. laudatus. Interim tamen *Usu* loci in Theologia præcipuè controversa patefcit, & quidem in Artic. de *Messia*, qui (1) verus quidem nobisq; ἀπόστολος אדם s. *homo*; non v. *nudus*, sed juxta h. l. מֵאֵר נָחֵשׁ h. e. *estimabilissimus*, imò *inestimabilis*, in cujus naribus est יהוה נִשְׁמָה h. e. ipsius Jhova Spiritus & justitia vindicatrix, adeoque & *verus* æternusque Deus, verbo: θεὸς αἰώνιος. (2) qui à Judæis quidem, Isai. 53. 3. dicentibus לֹא רָשָׁע וְלֹא חַיָּיָה אֲנִי הָיִיתִי מְבֻזָּא וְלֹא אֲנִי מְבֻזָּא h. e. *non estimavi me ipsum*, rejectus, & ligno crucis tq. maledictum affixus; nihilominus tamen ap. DEUM admirabiliter tantiq; æstimatus, ut passio ejus, tq. DEI- Hominis pro totius mundi peccatis inæstimabile fuerit pretium, qui adeo non irritandus, sed præ mundi thesauris perpetim æstimandus &c.







idolatræ præ gloria Majestatis Messia die  
 futuri &c. Quæ omnia commodū hunc  
 Nunc idola quidem aurea & argente  
 adorandum, mordicus retinent inq; lo  
 Idololatræ; sed in die illo, ultionis sc  
 cum idola penitus mutabuntur & om  
 plena erunt, malis obruti & gloriâ maj  
 idolorum impotentiam ad opem fere  
 sua, ex indignatione, contemptu & tim  
 abjicient i. e. ad loca, quibus talpæ & ve  
 modo id Lutherus *W. P. 2. u.* Nequ  
 hic improbamus, licet contra illos, qui  
 ramina) *Talparum & Vespert.* supra disp  
*W. P. 2. u.* loci, aliud *meta P. 2. u.* Prat  
 & Lutherus hic abit *Gladius*, qui cetero  
 hujus verbis contra Vulgatæ patronos  
*projectionem idolorum ad Talpas & ve*  
*linquent idola, quæ coluerunt, obstinate*  
*ignaris; ipsi v. DEO in caelesti luce servient*  
 Tr. l. c. ii. quæ sequitur h. l. *Prückner*. in  
 opus est à litera recedere vocesq; *Talpa*  
 spiritualiter cæcis accipere, cum litera  
 commodum & genuinum, jam plurib

## LOCUS IX. JSAL

De Homine illo cui spiraculum in naribus  
 an sit *Joan. 2. u.*

DE Homine illo grande bellum Inter  
*ngaddova mu* componeremus, tria p  
 punctis ex professo tractaremus, si qu  
 huic destinata id ferrent, primo scil.  
 dentium interpretationes præcognosc  
 2. *ngaddova mu* genuinam loci interpre  
 yeramque de Homine illo sententiam at

E 3

petrarū quæ  
 confirmant;  
 fecerunt ad  
 venerantur  
 ipsis rejecti,  
 ria DOMINI  
 rriti, ipsamq;  
 ientes, idola  
 as & Vespert.  
 antur: quo  
*W. P. 2. u.*  
 avernas, (fo  
 liud enim est  
 em v. à nobis  
 guendis loci  
 um ita hanc  
 conversi re  
 elibus DELG  
 Phil. Sac. l. 5.  
 Quid enim  
 taphoricè de  
 gignat satis  
 n.

*titando;*

ent, quod ut  
 ous omnino  
 a scripioni  
 varias diffi  
 repararemus;  
 nstrueremus  
 nstrueremus  
 Tertio

